OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=11161 page 1/4
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1953

Mein fleiſch mein pluet mein pain
Das mues ſein alſo rain
Als das hemad was
Darinn vnſer liebe fraw irs liebn Kinds genas.

Itaque Precum ab Eccleſia probatarum praeter Pſalmos de *Poenitentia* dictos reperias nihil.

DCCCCXXVI.

R. 45 Codex membraneus belg. Sec. XV. Folior. 120. 4. min. bene ſcriptus, rubricis, et Titulorum frontibus deauratis et picturatis, *Horarium* eſt, ſequentia complexum: *Calendarium* miniatis *Belgii* Indigetum nominibus inſigne, in quo Epiphania vocatur: *Dertienen dach*; Officia de B. V. Maria, de aeterna Sapientia, de S. Cruce, de Spiritu ſancto; Pſalmos dictos *de Poenitentia* cum Litaniis OO. SS. denique Mortuorum Vigilias, quas adpellat *die langhe vighelien*. Principio Codicis Genealogica quaedam Sec. XVI. adſcripta ſunt ad nullam illuſtrium Stirpium pertinentia.

DCCCCXXVII.

R. 3347 Codex membraneus lat. germ. Sec. XIV. Folior. 188. 8. min. e variis opellis conſarcinatus, ideoque non una manu ſcriptus ſequentia complectitur. I. *Calendarium*, in quo major Sanctorum numerus tardius ſubpletus eſt, et quorundam ſat ignotorum. *kalendis Aprilib.* adſignata *Cōnuerſio Marie Magdalene*. Sequitur Hymnus: *Aue virgo katerina, aue martir et regina* &c. et Adſpiratio pia, quae incipit: *Jocundum ſit tibi eloquium meum, ego vero margareta delectabor in domino* &c. tum *Initium ſancti ewangelii ſecundum Lucam*, et Examen Moribundi in hunc modum: *Alſo ſol man den menſchen vragen, der jezo ſterben wil. Menſche tröſtv dich des, daz dv mit chriſtenlichen geloben tot liſt? So ſol der ſieche ſprechen vil andächtichlichen. Ja. Vegibeſt dv des got, daz dv niht reht haſt gelebt als dv ſoldeſt? Ja. Riwent dich dine ſunde? Ja. Haſtu des willen, daz du dih bezzern woldeſt, ob dv lange ſoldeſt leben? Ja ih warlichen.* In progreſſu tota Moribundi ſpes in mortem et merita Chriſti dirigitur, quod mirum videbitur quibusdam a noſtris Sacris alienis, et in fine additur Adhortationem iſtam inventam eſſe *an einem hohen pvch, daz was des biſcholfes von Engelland. Anſelmum Cantuarienſ.* hic innui non dubito, cujus idem Examen latine bis exhibetur hoc *Vol.* Conſule, ſi lubet, *Indicem*. His demum accedunt Benedictiones et Preculae quaedam hoc initio: *Hewt vnd immer ſi ich geſegent vnd min wirt vnd miniv chint mit dem ſegen, da ſancta Maria mit geſegent wart, do ſi den heiligen chriſt enphie vnd gebar.* &c. In uſum Mulieris, et forſitan ſupra nominatae *Margaretae*, haec ſcripta vides.

2026-05-07

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=11161 page 2/4
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1953

II. *fol.* 11. ut e calce adſumo, *Opuſculum ymnorum*. Potius Commentarium dicemus in Hymnos, quibus in officiis ſuis utitur Eccleſia. Prooemium init: *Sicut teſtatur philoſophus in 4. ethicorum, quod ultima hominis felicitas in hac uita conſiſtit* &c. Autores principales Hymnorum dicuntur *Gregorius*, *Prudencius*, *Ambroſius* et *Sedulius*, Collector vero *Ylarius* quidam. Plura de hoc Commentario, cui alter in *Sequentias* adhaeret, dixi *Vol.* I. P. I. *col.* 153.

III. *fol.* 50. Rituale ἀνεπιγραφον varios Exorciſmos et Benedictiones complexum, nempe Salis, Aquae, Cerae in Purificatione B. V. M. Cineris, Palmarum, Olivae, Ritum Baptiſmi, Benedictionem Agni Paſchalis, Ordinem viſitandi et ungendi Infirmum, ubi nihil de Renibus, Orationes ſuper Defunctos, Benedictionem Peregrinorum, Nuptiarum, Mulieris poſt Partum, et *Amoris ſ. Johannis Evang.* Atque poſtrema haec non pertinet, ut putare quis poſſet, ad coetum aliquem Bibonum, ſed contra venena dirigitur; ita enim de Deo: *cuius audito nomine ſerpens conquieſcit, draco fugit, ſilet vipera, et ſubietta* (lego Rubeta) *illa, que dicitur rana inquieta torpeſcit, ſcorpius extinguitur, regulus vincitur, ſpalangus* (Phalangium?) *nihil noxii operatur.*

IV. *fol.* 68. Collectio variarum Precum, et Horarum Canonicarum de Paſſione Domini, B. V. M. variisque Sanctorum generibus, in qua chorum ducit *Oratio ſacerdotalis* videlicet praeparatoria ad faciendum Sacrum, quae ab Hymno *Veni creator Spiritus* &c. incipit.

V. *fol.* 153. *Incipit Statius minor qui eſt Achilleidos.* Manu Sec. XII. et quidem, ut vult inſerta Scheda, *Luitholdi* Monachi *Monſeenſis* non ſemel nobis memorati. Ex iis, quae ad primos 100. Verſus cum Edit. *Veenhuſiana Lugd. Bat.* 1671. 8. collatos obſervavero, liquidum fiet, operae pretium facturum eum, qui totum Poema enotarit:

	Editio.	Codex.
V. 3.	*multum* inclyta.	*ſint* inclita.
14.	Itala virtus.	itala virtus *uel tellus*.
24.	imperat *Helle.*	imperat *Helles.*
47.	injuria *raptæ.*	iniuria *nuptę.*
49.	per Tethyos *annos.*	per thetios *amnes.*
67.	temerarius *arbiter* Idæ.	*iudex* temerarius Idę.
68.	terris *pelago*que.	terris *cęloque.*
74.	timuiſſe mihi.	timuiſſe *meo uel* mihi.
77.	laniata *comas.*	laniata *genas.*
78.	ductor aquarum.	ductor *uel rector* aquarum.
80.	*Theti* mergere claſſem.	*ſub*mergere *puppim uel* claſſem.

Edi-

2026-05-07

Editio.	Codex.
84. *Sægeo* in pulvere.	*Sigeo* in puluere.
86. *tepido* modo ſanguine *Teucros.*	*tepidos* modo ſanguine *Teucro.*
91. *Credideris* peperiſſe.	*Crēderis* peperiſſe.
97. *commenta* paratus.	*Conata* paratus.
98. *Triſtis* ad Æmonias.	*Rurſus* ad Hemonias.

Atque haec pro inſtituto meo, qui indicem profiteor, ſufficiunt.

VI. 178. pariter manu Sec. XII. ſed jam multum fugiente et extrita, praecipue ſub ingreſſum

Uon himile chom ein vroniv botſchaft
ze ieruſalem uf ſant peters alter mit ganzer chraft.
An ein marmelin tauel ſi geſchriben was,
Als ſi der engel darnach las.
Vz der tauel vuor ein lieht,
Dem was geliches niht,
Wan div uivr in doner ſtral,
Von den livten wart ein ſchal.
Si brachte ein engel here.
Die livte erchomen ſere,
Do ſi die tauel anſahen,
Si begunden gahen
Nider zuo der erde
Die uil vnwerde,
Machten einen luten don,
Si ruoften alle chyrieleiſon,
Daz chut, herre, erbarme dich uber vns herre,
Vnd ſprachen, verhenge nicht, daz vns icht gewerre.

Totum Poema in proſae modum ſcriptum eſt. Quod in adductis difficultatem habere poſſet, eſt *Daz*

Rhythmi theotiſci de Obſervatione Diei dominicae innixi fabuloſae traditioni de Tabula ex alto demiſſa. Praeterito Prooemio dabo ipſius Narrationis principium.

Da begunde der eugel den livten
Die vrone bothſchaft beduten,
Alſo ſi an der tauel geſchriben was,
Diſiv wort er do las
O ir ſune der heiligen chriſtenheit
Wan ich iv é han geſeit,
Vnd habt iz é geſehen,
Daz ir ſoldet haben verieben
Iwer ſunde vnd iwer miſſetat,
Do vbergienget ir minen rat,
Vnd woldet ſin gelovben niht,
Darvmbe iv ze liden geſchiht.
Grozziv wize ſo des wirt zit,
Wan ir alle vngelovbich worden ſit,
Vnd minen heiligen ſuntach,
Den niemen wol vol eren mach,
Habt ir nit behuotet wol &c.

chut pro *Quad* aut *Qhuuidit dicit* a vetuſto *Queden.*

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=11161 page 4/4
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1953

VII. *fol.* 187. ejusdem aetatis alia Narratio rhythmica, quae incipit:

In vnſeres heiligen vateres ziten
Sancti Georii wart gechundet witen.
Ein ſlach, der ze ieruſalem geſchah,
Der det den khriſten grozen vngemach.
Er chom avch vf die heiden,
Die iuden wurden davon nicht geſcheiden.
Des erſten iares wart in chunt,
Div ert pibe alle iar dri ſtunt,
Von oſteren vnz an den phinxtach.
Daz was der erſte ſlach.
Do was vn in groziv chlage
Von der erpibe alle tage.
Des anderen iares chom dicke
Beidiv milwen vnd hevſchricke,
Der dehein zal was,
Vnd azen daz gras, &c.

Ita ſingulis annis accedebant novae calamitates, donec Angelus Virum pium edoceret,

Daz durch den heren ſuntach
Vf die levte chome der gotes ſlach,
Den ſi niht heten geert,
Als ſi daz vrone gebot hete gelert.

Quod ubi Vir ille ad Patriarcham *Georgium* retuliſſet, isque Populum pro concione commonuiſſet Officii, reddita dominicae Diei obſervantia illico proſpera ſiniſtris ſucceſſere. Utriusque Rhythmi eundem Autorem habeo.

DCCCCXXVIII.

C. 943 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 146. 8vo. min. luculente ſcriptus, e Parthenone *Halenſi Tyroleos* adlatus, et quondam *Mariae Chriſtiernae* Archid. *Auſtriae Caroli Styriaci* Filiae, *Sigismundo Bathorio* male nuptae, atque inde dictum ingreſſae Parthenonem, ut ipſa in calce propria manu teſtata eſt a. 1590. 9. *Junii*. addens: Libellum olim fuiſſe *Cunegundis* Archid. *Auſtriae*, Ducis *Bavariae*, Filiae nempe *Friderici* III. Imp. et *Alberti II. Boici* dicti *Sapientis* uxoris. De utriusque fatis et virtutibus tractat *Joh. Gans* in *Gynaeceo* vernac. *Auſtr.* p. 84. et 397. Libellus porro ipſe hanc Rubricam praefert: *Hie hebt ſich an das leiden vnſers herren ihesu chriſti Als es die lerer geſeczt vnd beſchriben hand Auch die vier ewangeliſten mit ſambt den lerern.* Itaque piae de Paſſione Domini Contemplationes ſunt e PP. locis contextae, et XXIII. *Iconibus* ornatae, in quibus ars vivacitatem auri et colorum parum aemulatur.

2026-05-07